

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

Iesus ad flagella vestibus nudatur Art. & Hom. XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

IESVS AD FLAGELLA VESTIBVS NVDATVR.  
Articulus XXXI.

Et exuerunt eum vestibus suis.

## HOMILIA XXXI.

**Q**uamvis Euangelistarum nullus Dominici corporis scripsit nudationem ad flagella suscipienda, tamen iij qui scripserunt eum, vbi damnatus fuerat ante tribunal, denuo suis indutum vestibus, manifeste confitentur illum ante fuisse nudatum. In quo sane non leuis fuit Christo contumelia irrogatz. Eam ob rem verbis Euangelicis, nec quidem expressis, nec etiam tacitis vtrumur. Et exuerunt eum vestibus suis. Super quibus verbis hoc dicendum videtur: Cum plebs furiosa & cæca audiret Pilatum meditatem Domini Iesu liberationem, nec accusations quas offerebant contra Iesum, sentirent ipsum recipientem, quomodo ante dixi, magis insaniebant: quia populus duræ erat ceruicis, & quod semel animo conceperat, non facile murabat. Clamabant igitur ut crucifigeretur, & inuafescerent voces eorum. Pilatus autem sperans eos posse placari, si afflictum cernerent Iesum, quoniam miseris naturale est valde misereri, apprehendit igitur Iesum & flagellavit. Ante flagellationem vero antecesis (quod triste fuit Domino) sui corporis nudatio. Itaque nudatur ludibriosa ueste, qua fuerat ab Herode illusus: nudatur deinde & uestimentis suis, & qui speciosus erat forma p. e. filii hominum, totus ante oculos hominum stat nudus. Certè si viro hoc cuius graui ac virtutis studioso molestum est, ante omnium oculos nudari, quanto grauius putatas affixit hæc nudatio Domini cor virgineum, pudicissimum, innocentissimum, maximeq; verecundum? Qyanquam enim Dominus noster Iesus Christus, haud quaquam de infecta illa radice sit natus, de qua erubescibilis facta est nuditas nostra, de qua primi nostri parentes leguntur erubuisse, dicente Adam: *Vocem tuam Domine audiui, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me,* quia tamen Dominus Iesus naturam & infirmitates nostras suscepit absque peccato, suscepit etiam erubescientiam, licet causam in se erubescientia nō haberet, nisi quod apud alios æstimabatur, qui hæc inferebant eidem, grandis confusio seu ignominia atq; erubescientia facta esse, quod eius esset honestas nudata, aut ut volebant, ut putabant, utq; intendebant, de honestata. Hoc modo erubuit Dominus nudari, nullam quidem in se habens causam erubescendi, nisi quia sic voluit similitudine assumpta carnis peccati. Fuit tamen nihilominus etiam verecudia (quatenus est virtus) maior in eo, quam in alia quacunq; pudicissima virgine, aut homine alio, aut potius quam simul in omnibus: quemadmodum castitas, pudicitia, reliqua quoque virtutes ei inerant incomparabiliter excellentes, supratq; mensuram humanam.

*Nuditas duplex vitanda ut sit, quantaq; castis mentibus verecunda dia messe debet.*

**H**ic disce nuditatem, tam spiritualem, quam corporalem erubescer. Nuditatem horreas videri corporalem tuam, horreasq; videri propter amorem pudicitiae, contra quam prælia & strages maximæ ex leuissimi mis

Matth 27.  
Marc 15.

Nudatio hæc  
quantum af-  
fixerit cor  
Iesu.

Gen. 5.

Erubescētia  
Iesu sui nu-  
datione.

Verecundia  
virtuosa in  
Christo  
quanta.